



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

Pro qua orat Aduocatus Consistorialis n. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

TERTIVM. 159

semper Aduocatus supplicabat ,
ut canonizatio decerneretur ,
sicut ex antiquis Codicibus re-
fertur ex Cæremoniale lib. I.
sect. 6. cap. 1. de Canonizatione
vnius Sancti vers. in huiusmodi
Consistorio, fol. 31. Nunc autem
post obedientiam de more præ-
titam Summo Pontifici * , Ad- 43
uocatus Consistorialis cœteris
circumstantibus in habitu Con-
sistoriali longa oratione propo-
nit vitam , gesta , & miracula
Canonizandi , & in fine genu-
flexus supplicat nomine Principium ,
& Populorum instantium
pro dicta canonizatione , talem
à Sanctitate sua adscribendum
esse in catalogum Sanctorum
Christi , decernendumquè , vt
à

à cunctis fidelibus pro Sancto
veneretur; Et Pontifex auditio
Aduocato, per organum eius
Secretarii Domestici laudat fa-
cundiam illius, subdens liben-
ter audiuisse tam miranda præ-
conia talis Serui Dei, velle ta-
men super hac re maturius cum
Fratribus suis deliberare, arquè
ideo hortari, ac monere om-
nes, ut diuinam clementiam
implorent; quatenus dignetur
inspirare in mente sua, Fra-
trumque suorum S. R. E. Car-
dinalium, ac omnium Prælato-
rum, quorum consilio in tanto
negotio usurpus sit, ea, quæ Di-
uinæ Maiestati placitura sunt,
nequè permittat suam sanctam
Ecclesiam errare; Prælatos verò

ad-

TERTIVM. 161

admonet, quod super his de-
beant cogitare, ut cum requi-
fici fuerint, mature possint re-
spondere; hisque dictis finitur
Consistorium, quae ad amissim
leguntur *dicto cap. i. vers. fit*
post hæc publicum Consistorium
fol. 30. à tergo, & 31. ac re-
petuntur ab Angelo Roccha de
Canonizatione Sanct. cap. 37.
Rubr. de Consistorio secundo, &
Lezana consult. i. num. 71.

*Electio** talis Aduocati hoc 44
modo per Collegium fit; Agen-
res enim pro Canonizatione
porrigunt libellum supplicem
D. Decano super illius electio-
ne, eoque lecto Collegialiter, fit
deputatio, sicut obseruatum
fuisse in Canonizatione D. Ca-

L roli